FERRARIS
PROMTA
BIBLIOTHEC.

.III. .IV.
D – J

C
BX1936
F4
1795
V.2
c.1

José Angel Benavides.

1080044523

8H3 C H76

348(03)

R. P. F.

LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NECNON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIS, SACR. CONGREGATIONUM DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

In hac editione, secunda hispana, non solum Additiones legales, jam antea publicatæ, accedunt, sicut in prima, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultæque aliæ adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, numquam antea editæ:

OPERA AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS TERTIUS.

D-E

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO DE NUEVO

Capilla Alfonsina Biblioteca Universitaria

23549

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI:

TYPIS ET SUMPTIBUS REGIÆ TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM SOCIETATIS.

MDCCXCV.

54206

C
BX1936
F4
1799
V.2

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO DE NUEVO LEON

Capilla Alfonsina Biblioteca Universitaria

INDEX TITULORUM,

QUI IN HOC TERTIO TOMO CONTINENTUR.

D

DAmnificatio, damnum..... pag. 1.
Debitor, Debitum........... 2.
Debitum Conjugale.......... ibid.
Decanatus Sacri Collegii....... 12.
Decimæ.................. ibid.
Declarationes, & decreta Sacrarum Congregationum........ 33.
Decoctio, Decoctor.......... 35.
Dedicationis festum.......... ibid.
Defensor.................. ibid.
Definitiva sententia.......... ibid.
Defloratio................ ibid.
Defunctorum officium........ ibid.
Degradatio................ ibid.
Delectatio morosa........... 37.
Delegare, Delegatus......... 41.
Denuntiatio facienda S. Officio... 48.
Denuntiationes matrimonii..... 54.
Depositio................. 59.
Depositum, Depositarius....... ibid.
Deservitores............... 63.
Detractio................. 64.
Diaconatus................ 70.
Diaconus................. ibid.
Dieta.................... ibid.
Diffamatio................ ibid.
Dignitas.................. ibid.
Dilapidatio................ ibid.
Dilectio.................. ibid.
Dimissoriæ, seu Dimissoriales... ibid.
Discordia................. ibid.
Dismembratio.............. ibid.
Dispensatio................ 63.
Dispensatio in bigamia........ 79.
Dispensatio in festorum observantia.................... ibid.
Dispensatio in jejunio......... ibid.
Dispensatio in impedimentis matrimonii................. ibid.
Dispensatio ab irregularitate..... ibid.
Dispensatio in juramentis....... ibid.
Dispensatio in simoniæ pœnis..... ibid.
Distributiones quotidianæ....... ibid.
Divinatio................. 88.
Divortium................ ibid.
Doctrina christiana.......... 93.
Dolor.................... 95.
Dolus.................... ibid.
Domicilium pro contrahendo matrimonio................. ibid.
Domicilium pro Ordinibus suscipiendis................. ibid.
Dominium................ ibid.
Donatio.................. 106.
Dos, Dotare............... 117.
Dubitatio temeraria.......... 127.
Dubium.................. ibid.
Duellum................. ibid.

E

Ebrietas.................. 135.
Ecclesia.................. ibid.
Edicta laicalia............. 168.
Educandæ................ ibid.
Ejicere, Ejecti à Religione...... ibid.
Electio................... 178.
Eleemosyna................ 201.
Emphyteusis............... 214.
Emptio, & venditio.......... 223.

Ener-

Energumeni. . . . . 244.
Epicheja. . . . . ibid.
Epileptici. . . . . ibid.
Epiphania Domini. . . . . ibid.
Episcopatus. . . . . 245.
Episcopus. . . . . 255.
Episcopus quoad visitationem &c. 279.
Eremita. . . . . 300.
Error communis. . . . . 305.
Eucharistia. . . . . ibid.
Eunuchus, Eunuchi. . . . . 332.
Evictio. . . . . ibid.
Examen, Examinare, Examinari,
Examinatores synodales. . . . . 336.
Excomunicatio. . . . . 339.
Executor literarum apostolicarum. 360.
Executor testamentarius. . . . . . 362.
Exemptio. . . . . ibid.
Exemptio Regularium. . . . . 363.
Exequiæ. . . . . ibid.
Exercitia spiritualia. . . . . ibid.
Exhæreditatio. . . . . 365.
Exorcistatus. . . . . 369.
Exorcizare, Exorcista. . . . . ibid.
Expositi filii. . . . . 371.
Expositio SS. Sacramenti. . . . . ibid.
Extractio. . . . . ibid.
Extrema Unctio. . . . . 372.

DAM-

DAMNIFICATIO, DAMNUM.

SUMMARIUM.

1 *Damnificatio est duplex, lucrosa, & non lucrosa. Quæ sit damnificatio lucrosa?*
2 *Quæ sit damnificatio non lucrosa?*
3 *Damnificatio non lucrosa dividitur in inculpatam, & culpatam culpa, vel theologica, vel civili tantum. Quæ sit damnificatio culpata theologica?*
4 *Ex hac damnificatione culpata culpa theologica oritur obligatio restituendi, seu damna resarciendi.*
5 *Et talis obligatio, etiam ante litis contestationem damnificante defuncto, transmittitur ad ejus hæredes.*
6 *Quid sit damnificatio culpata culpa civili, vel politica tantum?*
7 *Ex hac damnificatione culpata culpa civili, seu juridica tantum, oritur pro foro externo obligatio resarciendi damnum, etiamsi culpa esset levissima* ad n. 8.
9 *Damnificatio inculpata, quæ sit, & quando dicatur?*
10 *In foro conscientiæ tenetur quis ad reparandum damnum alteri illatum, nedum per damnificationem culpa theologica, sed etiam per damnificationem culpatam culpa civili, seu juridica lata.*
11 *Nemo (præs indendo à contractu) tenetur in conscientia ante sententiam Judicis ad resarciendum damnum alteri illatum per damnificationem realem, seu juridicam solum levem, vel levissimam.*
12 *Affertur instantia, & solvitur.*
13 *Incapaces doli, seu culpæ theologicæ in nullo foro tenentur ad resarciendum damnum.*
14 *Sic nec tenentur ad resarciendum damnum, qui adhibuerunt debitam diligentiam pro illo avertendo.*
15 *Sic nec tenentur ad damnum resarciendum, qui illud causarunt utendo jure suo.*
16 *Sic in nullo foro tenetur aliquis resarcire damnum, quod casu omnino fortuito, qui prævideri, & evitari non potuit, contingit.*

1 Damnificatio est duplex, lucrosa, & non lucrosa. Damnificatio lucrosa est damnum datum in rebus externis cum iniqua earum usurpatione, ut fit in furto, rapina, aliisque iniquis usurpationibus, in quibus fur, vel iniquus invasor rem alienam invadit, & lucrum capturus in suum usum
2 convertit. Damnificatio non lucrosa est damnum in bonis externis proximi absque eorum usurpatione, id est absque eo quod aliquod commodi, seu lucri exinde perveniat ad damnificantem, ut fit cum quis ædes, vel segetes proximi incendit, ejus animalia interficit &c.

3 Damnificatio non lucrosa dividitur in inculpatam & culpatam culpa, vel theologica, vel civili tantùm. Damnificatio culpata culpa theologica, & proprie dicto peccato dicitur, qua damnum quis infert proximo, vel ex directo proposito ei nocendi, vel nolendo, cum possit, ac debeat abstinere ab actione includente perfectum ei inferendi damni periculum: vel non impediendo ei damnum inferri, cum possit & ex justitia teneatur impedire; *cap.* Si culpa 9. *de injur. & dam. dat.* Et ex hac 4
damnificatione culpata culpa theologica oritur obligatio restituendi, seu damni resarciendi, ut expressè loquitur textus *in dicto cap.* Si culpa, *ibi*: "Si culpa tua „datum es damnum, vel injuria irrogata, seu aliis ir„rogantibus opem fortè tulisti, aut hæc, imperitia tua, „sive negligentia evenerunt, jure super his satisfacere „te oportet; Nec ignorantia te excusat, scire debuisti „ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere, „vel jacturam," Et talis obligatio etiam ante litis con- 5
testationem, damnificante defuncto, transmittitur ad hæredes; *cap.* Parochianos 14. *de sepult. & cap.* In literis 5. *de rapt.*

(Quod damnum à defuncto causatum, sive ante sive post litem contextatam, teneantur hæredes resarcire à legibus 7. *tit.* 15. *lib.* 3. *Fori Reg.* 9. tit. 20. lib. 4. ejusd. *cum* 68. *styli*: 1. *tit.* 3. 7. & 10. *tit.* 6. *p.* 6. signanter 7. 8. & 23. præsertimque 25. *tit.* 1. *p.* 7. clare ostenditur, in quantum vires patiuntur hæreditatis, si inventarium confecerint; vide etiam *tit.* 15. *p.* 7. fere per tot. ubi de damni satisfactione tractatur; convenit recognoscere *leg.* 5. & 20. *tit.* 4. *lib.* 4. *For. Reg.* in eis demonstratur, videri damnum dedisse qui occasionem damni præstitit; *Regula* 5. 21. & 22. *tit.* 34. *p.* 7.)

Damnificatio culpata culpa civili, vel publica tan- 6
tùm dicitur, qua seclusa omni voluntate nocendi proximo, omnique actione, vel omissione culpabili coram Deo, ac in conscientia, nihilominus damnum proximo infertur ex actione, vel omissione culpabili, vel defectuosa contra exactum modum agendi humanum. Et ex 7
hac damnificatione culpata culpa civili, seu juridica tantùm, oritur pro foro externo obligatio resarciendi damnum, etiamsi culpa esset levissima, textu expresso *In lege ff. Ad legem Aquiliam*, ibi: *In lege Aquilia etiam levissima culpa venit*; (*Consonat. lex* 9. *tit.* 10. *p.* 7. 1. & 10. *tit.* 15. *ejusd. p.*) quia potior debet esse causa ejus, qui damnum absque omni culpa patitur, quam alterius, quia sua culpa damnum intulit, etsi forsan levissima; cum *in leg.* Factum, *ff. de regul. juris* expresse habeatur, quod *Factum cuique suum, non alteri nocere debet.* (*Concordat* Regula 18. & 21. *tit.* 34. *p.* 7.) Unde 8
si animal tuum absque alia culpa tua damnum alicui intulit, verb. gr. percutiendo, vel occidendo animal proximi, aut segetes depascendo, teneris pro noxa damnum illatum resarcire, vel dare damnificato illud animal, quod damnum intulit, *leg.* 1. *ff. Si quadrupes pauperiem.* (*Leg.* 22. *tit.* 15. *ejusd. p.* 7. *citat.* 20. *For. Reg.*)